



Aristophanis comici clarissimi Equites

<https://hdl.handle.net/1874/273591>

4

ARISTO PHANIS COMI.

CI CLARISSIMI EQUI-
TES. LAMBERTO HOR-
TENSIO MONTFORTIO

Interprete.



¶ VLTRA IECTI
Hermannus Borculous excudebat,
Anno 1561.
¶ Cum Gratia & Privilegio.

quae homines summi pariter, & infimi uulgo admirantur. Cuiusq; inter alios ambitio profitendi sapientiam ultra modum serueret, ipse autem dicere solebat, id unum scire se, quod nihil sciret. Mortis adeo pertimax contemptor, ut cicutan eo uultu, & quidem & πρῶσι, hauriret, quo unum soleret. Atq; haec res in caussa fuit, cur Apollinis Delphici oracula omnium mortalium sapientissimus iudicaretur. Erat natura taciturnior, id quod sapientiae argumentum est. Rogatus aliquando à quodam ut aliorum exemplo, in coena, aliquid è peccatoris sui narthecio in medium adferret, ad hunc modum respondisse dicitur: ἐν οἷς μεν ἔγω δ' ἐνός, οὐχ ὁ μὲν καί ποός. Ἐν οἷς ὁ μὲν καί ποός, ἐγὼ δ' ἐνός id est, in quibus ego polleo, ea non sunt huius loci atq; temporis: quae uero huius loci sunt atq; temporis, in his ego nihil polleo. Ducebat uir tantus esse indecorum lasciuis iocis philosophiam, & oratoriam maiestatem admiscere, & intempestiuè, ea illic proponere; quae rebus praesentibus minimè congruerent. Quod quidem perinde esset, ac si à ἐν τῆ φαρμάκῳ μάρτυρ. hoc est, in lenticula unguentum admisceres. Mensa enim cum Musis, Graiis, & Genio consecrata sit, ut tetricis, & imbecenioribus studijs possitis, & curis abiectis, animi sermonibus falsi, seu delicatoribus, quibusdam epulis ibi refectuntur, ita ab ea omnem tristitiam, & quicquid rugas gigneret, ac frontem corrugare possèt, procul illi abesse uoluerunt. Huc ne qua Ate usquam propè accederet, conuiuiarum numerum intra metas quasdam constrinxerunt, ne plures quàm nouem, aut pauciores tribus essent: sic enim posse fieri arbitrabantur, ut turba ac tumultui fenestra praeccluderetur. Hac animorum hilaritate iudicabant futurum, ut animi postea ad munera tum publica, tum priuata obeunda lubentiores redderentur. Iouem Xenium inuocabant, ut latum conuiuium esse uellet. Regem conuiuij talis sortiebantur, qui & Modiperator, & Mnemon fuit dictus. Ab hoc bibendi leges praescribentur, ne non disciplina, seu in angusta quadam Republica seruaretur. Puniebantur legibus conuiuilibus rei deprahensi. Et ut mensa omni ex parte religiosa esset, pocula, & poculorum genera diuersa diuersis Diuis consecrata stabant, quo inter potandum bono omine in orbem obambulantia Aten & Nemesisin procul inde facescere iuberent. Primus crater Sanitati sacer erat: Secundus Amori, ac Voluptati: Tertius Sono: sed quartus iniurie donatus fuit q; irritabiles tū ferè sint ad uim & certamina trarū sirociores spiritus. Elegatiores tamè aliā rationē poculorū esse uolebant. Primū Gratijs, Horis, & Libero patri dicabant: Secundū

Veneri,

Veneri, & Libero patri cōmune: Tertium Iniuriæ: quod quia largius erat, &
 meracius, ad iurgia pronius impellere posse uideretur. Zenodotus Græcus
 scriptor author est, à cœna meracum inferri solere. Calix erat spumans, quæ
 κέσσις ἀγαθὸς δαίμων dicebatur. Meminit huius Aristophanes comicus
 in Equitibus. μά δὲ ἀλλ' ἀποπτορ οἶνον ἀγαθὸς δαίμων, id est, non per
 Iouem, uerum boni genij merum. Ibidem alibi: ἔλατ' ἔτι τὸ δαίμων τοῦ
 πρᾶμιος. Trahe poculum dæmonis Prammij. Erat enim Prammium uinum in-
 ter cætera longè laudatissimum, ut apud Romanos olim Phalernum. Refertur
 & aliud adhuc poculorum ordo. A lotionē, qua cœnati utebantur, poculum
 ἀγαθὸς δαίμωνος, capax uehementer & amplum inferebatur. Huic primus
 habebatur honos, Rursus diuersus à superioribus, alius, sed ut apparet, tem-
 poribus diuersis. Crater primum in mensam illatus Ioui Olympio statueba-
 tur: secundus, Heroibus: tertius, Ioui Seruatori, Addūt postremi poculi caus-
 sam, quod ebrietatem & constringeret & discuteret. Quod enim ulterius
 progredereetur, id non hilaritatem, sed intemperantiam gigneret. Non ignoro
 præter hæc, etiam aliam gradationem poculorum à politis scriptoribus re-
 censerī. ut primum siti restringenda: secundum, uoluptati: tertium satietati:
 quartum ebrietati: quintum, insanie tribuerent, sed uetustiores ritus, & men-
 sarum ceremonias apud Græcos solum recenseo. Diodorus Siculus Bibliothecæ
 libro quinto refert, aliquando hunc morem in Græcia fuisse, ut in cœna
 meracum tantum apponeretur, à cœna uerò ferculis sublatis dilutum bene
 ommandi causâ, Ioui Seruatori. Barbaris quoq; sue solennes erant computa-
 tiones, multorum literis celebratæ. Apud Thracas, & Scytharum gentem im-
 moderatius se uino ingurgitare nulli dedecori dabatur, quemadmodum nec
 apud ueterem Germanorem gentem, noctes & dies perpotando continuare.
 At Scythicum hunc morem ut cum natura pugnantem, tum lex diuina prohi-
 bet, & ratio, quæ in sapientibus lucet, detestatur. Neq; uerò minus apud
 Persas, Celtiberos, & Carthaginenses bibendi insaniam laboratum fuit, Thra-
 ces ad eò uolentia diditi fuere, ut uestes suas in conuiujs uino perfunderent.
 Laudatiorem legem sanxerat apud Locros Zephyrios Zaleucus, ne quis salu-
 tis sue causâ præter medici consilium meracius biberet. Qui contra eam le-
 gem bibisset, capitale erat potori, Sed is ordo, quem dixi apud Græcos serua-
 batur. In orbem ita obambulabant phiale, ut par pari liberetur, id quod ipsi,
 ἴσος ἴσος, dicebant: hoc est, par pari. Ad hanc legem omnes conuiuæ teneban-

tar. Si quis huic parere recusasset, is altera tenebatur, ἢ ὠδὴ, ἢ ἄπιθι. aut bibe
aut abi: que inde in parcemiam abiit, de eo, qui cum tempore presenti, & loco
se accommodare nolit, ut ab hominum conuictu se subducatur. Ego autem pro
bemne, an uituperem has, in presenti non pronuntio. Certè Cicero eas adeo
non improbat, ut etiam uehementer probet lib. Thusc. qu. quinto. Ducebant
enim utile uehementer, omnes eadem bibendi uoluptate frui, ne sobrii in uino
lentorum uinolentiam inciderent, censores, castigatoresq; morū presentium
neu sobrii obseruarent, que inter pocula liberius, licentiusq; effunderentur:
& que uino inscribenda essent, tanquam non dicta, ea eliminarent, & calami
tatum in posterum multarum authores forent. Quam porro multis prater
equum ea nugandi libertas fraudi, imo exitio fuerit, exempla historiarum do
cent. Fuit interim ea Lex, ἢ πῖθι, ἢ ἄπιθι. multo tum equior, tum ciuilius il
la, quam Empedocli symposiarchus in conuiuio prescripsit: ut, aut biberet ad
prescriptum ἰσοπῖθι, aut uinum in caput eius effunderetur. Tradunt Empe
doclem eam Modiperatoris improbitatem tam indigne tulisse, ut postridie
utrunq; & inuitatorem, & Modiperatorem in concilio reos egerit, & dam
nari iusserit. Quid si uir ille quorundam nostratium legem, plusquam Scythi
cam audisset: aut bibe, aut cātharum potu plenum in caput impactum accipe?
Quam sententiam aduersus eiusmodi nomothetam ferri iussisset? quod amici
tie & beneuolentie symbolum in Diomedeam tyrannidem uertisset. Græci id
interim hac potandi effusiori licentia mihi spectasse unum uidentur, quoniam
uinū suapte natura propter calefaciendi uim, ingenij industriā excitat, ut in
conuiuialibus questionibus, que proponerentur, dissoluendis, industrij magis,
& atuti ores redderentur. Possum nil ego sobrius bibenti occurrunt mihi
quindecim poëta, inquit Martialis. Priusquam à poculis ad ludos conuiuiales
transeam, illud addere lubet, solenne fuisse ante singula pocula Diui alicuius,
aut Herois nomen presari. Arbitrabantur fausti ominis argumentum id esse,
& salubre futurum. Adhibebantur conuiuio & ludi quidam, non me hercle
Theatrales, nan morionum, non mercenariorum cytharædorum, non circula
torum forensium, aut prestigiatorum, quales uulgò hac tempestate in conuiu
iis induci uidemus. Stabat peluis, sine phiala aenea, quam cottabum, & latro
gen uocabant. In hanc, qui bibisset, reliquum uini, quod in fundo poculi super
erat, manu auersa inrorquebat. Obseruabatur tinnitus. Si collisio illa in pelui
clariorem sonum reddidisset, infœlix omen id rapiebatur, eum ab amica sua
adamarî.

sybolus amicitie

adamari. Sin obfcuriorem, obtufioremq; tinnitum adidiffet, contra infœlicem cuculum effe, resq; eius in amore parum fecundas. Quoniam hic ludus cottabifis appellabatur, Ariftophanes facetiffimus comicus hos conuiuas cottabifis ad hunc modum concertantes methycottabos uocat. Proferebatur lyra, cytharæ, ad quam carmen canebat fymposiarchus. Inde in orbem ea ita aberrabat, ut qui lyram recusaffet, hac ignominia notaretur, ut ad myrtum, quæ ei in manus tradebatur, cantilenam modularetur. Quæ res in iocum pro uerbialem poftea tracta fuit, ad myrtum canere. Cicc. lib. 1. Thuscularum quæftionum refert. Cum Græci summam eruditionem in neruorum uocumq; cantu fitam cenferent, Epaminundam fuo iudicio Græciæ principem, præclare fidibus ceciniffe memoriæ proditum fuiffe. Themiftoclem aliquot ante annis, cum in epulis recusaffet lyram, quæ in orbẽ obibat, habitum indoctiorem. Laudatius meherclè id certamen, & præclarius in epulis fuit, quàm eorum, qui nihil aliud, ab ouis ad mala ufq; quod aiunt, in menfis, quàm magnis poculis ficcandis inter fe decertant: unde ubi mens, & ratio iam deficere cœperit, ad rixas, & ad pugnas, poftremò ad cades concurratur, idq; Lapitharum exemplo, ut non ad amicitie fœdus, fed ad bellum conueniffe uideantur. Inde apud Græcos in menfam admittebatur, aut cytharæ, aut alius quifpiam qui fidibus fciret, fed non quiuis, at peritus aliquis Arion, à quo Deorum laudes quàm optimè hymnis decantebantur, aut illuftrium heroum res præclare celebrabantur: non uerò impure fabulæ. quibus caftæ difcumbentium aures feriarentur. Heroum res inquam, quod genus Hercules labores funt: Pirihoi, & Thefei memorabilia facinora: uirtutes item eorum, qui fæcra certamina uicerant, horum encomia, horum præconia fidibus ebuccinabant. Sic apud Vergilium in conuiuium Didonis cytharæ erinitus Iopas, perfonat aurata, docuit quæ maximus Atlas. Apud Homerum ad epulas Alcimoi regis Phæacum Phæmius & Demodocus partim laudes Deorum, partim eorum Ducum Græcorum fingulares uirtutes, qui Durateo equo inclufi ad lunæ filentium Troiam cœperant, cum admiratione conuiuarum fidibus canunt. Manauit inde adagium: Non eft laudandus, ne in cœna quidem, de homine improbo, & fcelefto, & indigno, qui laudetur. Harmonia Mufica fubmota, quæftiunculis Cylicijs, Aenis, Anemonijs, enigmatis uerecundis, & griphis uelitatio inftituebatur. Acuebantur his ingenia, delectabanturq; non minus. Quæftiones autẽ ille non exant tetricæ, non feueræ, non triftes è philofophiæ fonte petitæ, fed iucundæ, quæ nubilum

uibilium curarum expellerent. Etenim ut nepenthes Homericum ^{ἑπιπυλῶνα} ad op
pharmacum uino admixtum animum perturbationum, & negotiorum flucti
bus inquietatum, & curarum aestibus iactatū tranquillat, ita quæstiones sym
posiacæ decoræ locis, & temporibus, aptæ rebus, ac personis reficiunt inge
nia, efficiuntq; ut uini uis cerebrum ledat minus, memoriæq; confirmetur ma
gis. Suggestūt interdum nobis quedam, quæ in umbra delitescuntibus, non dico,
non occurrunt, sed ne inueniuntur quidem studentibus assequi. Iactantur ultro
citroq; sales, & facetæ orationes, lepida dicta, quibus gratia, quibus insunt ue
neres, quales in Rhetoricis oratori præcipiuntur. Gobriam scribit Xeno
phon Socraticus, apud Cyrum magnum Persarū Regem cenantem, cum alios
eius gentis ritus, tum in primis supra modum admiratum fuisse, quod inter se
facetæ falseq; introgarent, ac responderent. Nulla certè alia ex re, de falsitu
dine, & elegantia cuiusq; indolis, quàm ex facetæ dictis, melius coniectura duc
citur. Ad quam rem nusquam facilius, nusquam politius adfuescimus, quàm in
solatio lepidorum conuiuarū. Nihil pulchrius, aut honestius, nihil iucundius,
quàm hic unumqueng; decorum personæ suæ tueri. Quicquid decorum excedit,
in facetum pariter, & insulsum habetur. Ut in comœdijs, ita in mensa per
sonarum decora multum momenti ad tristes affectus soluendos urbano risu
adducunt. Habet speciem & simulacrum comœdiæ symposium, in quo per
omnes actus usq; ad plaudite, si quisq; suarum partium memor, agat, dicatq;
^{ἑστὸν τὸν} non minorem sibi consequitur laudem, nec minus percipit in eo
theatro uoluptatis, quàm in illa histriones. Neq; enim eadem hic obscuro lo
co natis, quæ summo permittuntur fari: alia congruūt gerentibus magistræ
tum, alia priuatis: doctis condonantur, quæ indoctis dantur uitio. Ineptè reli
giosus eam personam sumit quàm profanus. Iam ut in profanis hominibus,
ita & in religiosis sunt sui gradus, quorum meminisse cum in reliqua uita,
tum in conuiuijs non minima philosophiæ pars est. Poëta ex Heliconis sa
crario sua adducat: musicus è sua palestra: grammaticus quod grammatico
rum est, disserat: theologus de theologiæ mysterijs conferat, sed sobriè: nam
nimium illic philosophari de sacris, haud scio an sit probandum, certè reli
giose tales quæstiones tractandæ sunt, neq; uerò ubilibet. Ita indulgendum
urbanis disputationibus, ne extrachorum saltetur: aut camelus saltare inde
corè dicatur Ignorantione decori non minus hic, quàm in fabulis peccatur. Li
cinius Mathematicus Alabandenses reprehendere solebat, quod cum in ciui
lium

To. X. C. X. V.

Num rerum administratione essent prudentes, & apprime exercitati, in alijs
 uero inscientia decori peccarent turpiter. Idem nostrae etatis de quibusdam
 Alabandensibus rectè dici potest, qui omnia omnibus personis, locis, temporibus,
 occasionibus, rebus deniq; conuenire putant, eandem religionem in mensa,
 quam in aede sacra postulantes: par peccatum, qui hic in uelitaria disputa-
 tione labascat, & qui seria disputatione in suggestu in horrendum errorem
 incidat: omnia postremo ad unam, & eandem amussim exigentes. Stoicum ho-
 minum genus, qui omnia peccata ut equalia metiuntur, ex equo peccare, &
 qui hominem occiderit, & qui gallum obruncarit. Hoc nullum ineptius, nulu-
 lum importunius, nullum societati humane perniciosius. Neq; uerò isti solum
 sine discrimine hac ratione iudicant, sed etiam, si quid in ludicro, & eo quidem
 profano argumèto falsius per iocum sit dictum, censoria quasi uirga id trutin-
 nant, expendunt omnia trutina eadem, pronuntiant, damnant. Sed ad instituo-
 tum. Si Cato è Theatro discesserit, quod uultum floralium licenti e conueni-
 entem induere noluerit, quanto iustius morosophi hoc genus ex comœdia ex-
 eludendi sunt? Quæstiones conuiuiales tales esse debent, quasi symposiacæ Pla-
 tonis, quales Dipnosophistarum Athenæi, quales Macrobianæ, M. Varronis,
 aut conuiuiarum, apud D. Erasmus, non uerò, Philelphi, & Poggij, quas hic
 facetiis uocauit, cum rectius circulatorum, aut ganeorum scurrilitates eas in-
 scribere potuisset. Breuitas in quæstionibus commendatur, ut adsit elegantia,
 ut argute sint, quæq; paucis, quo facilius memoriæ mandentur, argumentis
 explicentur. Operosa prolixitas, & copia in reddendo, partim odiosa est,
 partim tempus eximit, quo minus in orbè percurrant uices. Varietas quæstio-
 num grata est, quod tedium leuet. Iam, quia in symposiacis nihil pertinaciter
 ad sanguinem usq; defenditur, sed est, quasi diatriba, omnium gentium con-
 sensu semper dimicationes ille liberæ fuere, ut nefas esset, & propem-
 dume scelus, grauer puniendum, illic dicta, multa cum libertate, euulgare. Iuris re-
 gula extat, qua impunitas in mensa dictorum condonatur. Ne quid dicam, lu-
 bricum lingue ad pœnam non trahendum Modestino, Pandectis lib. 48. tit. 4.
 ad legem Iuliam maiestatis. Manauit hinc mos, ut supra mensam sub sum-
 mo tabulato rosa, uel suspendatur, uel pingatur, cum inscriptione. Hic dicta
 in epulis foris non prostruntor. Rosa Veneri sacra est, & uenustas mensæ con-
 uenit, à qua nullum uenustatis genus abesse debet. Cõuiuorum hilaritati nihil
 in uitæ iucunditatis est, anteponendum. Membra ea reficit, refocillat uitales

B

humores,

humores, spiritus recreat, & mentem expergescit. Laxantur curæ, ut dixi,
& pascitur ingenium. Amicitiam facit, & retinet: non me herclicè illa inui-
tatio effusior poculorum, sed benignitas ad impartendum mensam commu-
nem, & collatio diuersarum rerum, tum autem illa animorum conglutinatio,
concentus, ac consensus. Varro copulat hic *Gratias cum Musis*, quamobrem
conuiuas desiderat, non tristes, non tetricos, non inamabiles, aut insulsos, sed
letos, lubentes, musicos, suauis, sed literatos. Arcendi procul sunt bilosi, irri-
tabiles, iracundi natura, quiq; per leui momento ad iram concitantur. Maxi-
mè ubi ad naturalem illum *atque bilis* calorem accesserit uinum. ubi oleum, ut
aiunt igni adiicitur. Ut *masticia* uita uenenum est, ita *hilaritas* in coenis, &
uinum uice antidoti est aduersus omnes curarum ætus. *Vino tantum Aescula-*
pius tribuit, ut numinibus id propè adæquarit. Quin illud addam, apud Græ-
cos conuiualem canticionem fuisse, *πέντε πίσι, τρία πίσι, ἄμα τῆς τῆς*. Apud
Romanos bibendi ratio his constabat legibus. Non labasse sermone: non leua-
tum uomitione: non altera corporis parte uacillasse: plurimum hausisse uno
potu: plurimum præterea addidisse alijs minoribus: optima fide non respi-
rasse in hauriendo, nec expuisse: nihil ad elidendum in pauimento: summum,
atq; postremum potum ex uino, reliquisse. Porro autem quantopere mentem
uinum excitet, testantur maximè poëta apud Latinos, cum alij, tum Ennius,
Horatius, & Martialis. Apud Græcos, Homerus, Alcaeus, & Aristophanes,
quos omnes nisi uino hilariores ad scribendum surrexisse auctores tradunt.
Omnes certè in quo quisq; genere, reliquos longo interuallo ita relinquunt,
ut difficilis sit eorum imitatio. Ut alios nunc omittam, quid Aristophane ele-
gatius? quid nitidius? quid magis atticum? Cum tot & tam illustres comici
diuersis ætatibus claruerint, ut Menander, Demophilus, Diphilus, Philemon,
Aristophanes, & alij nonnulli, unus Aristophanes tot sæculorum consensu, alijs
extinctis, ab interitu uindicatus fuit. Huius Equites, quartam ordine Co-
mædian tibi *Vir Nobilis Equiti Aurato* nuncupare consilium fuit. Quid
enim decorum magis est, quàm ut Equites ad equitem diuertant: & hospitio
excipiantur? Leporis omne genus reserta est: neq; uerò minus habet eruditio-
nis, quàm elegantie. Hanc Comædiam legendo, quibus & qualibus uiris com-
missa, Atheniensium Respub. è magna gloria paulatim dilapsa fuerit, cognosces:
ut sunt omnium rerum humanarum uices. Consimili ratione cogita, nostræ
urbis florem tum demum quoq; flacceffere cœpisse, ubi in homines id genus
incidisset.

Vale.

ARGV

ARGVMENTVM FABVLÆ

Equitum.

Oppressa per Tyrannidem Atheniensium Republ. à Cleone, qui è coriario Imperator factus erat, Demosthenes (non orator ille, sed Imperator exercitus) & Nicias collegæ, à quibus longa obsidione Pylus in rerum desperationē adducta fuerat, quibusq; abrogatum imperium Cleoni demandatum fuerat, inter se de impotenti hominis administratione queruntur. Consilium capiunt, quo hominis potentia iam vtcunq; confirmata, frangatur. Ad vltimum Allantopolam quendam, hoc est, intestinorum, & luca nicarum diuenditorem persuadendo huc inducunt, vt hominis dominatui se opponat, & Rempub. inuadat. Eam prouinciam vt lubentius capessat, ad id se adiutores fore promittunt, vnà cum mille equitibus. Cleon detecta horum coniuratione scuit, minatur exitium coniuratis. Deniq; magno certamine vtrinq; conuitia iaciuntur. Redit è concilio Allantopola, prouocatq; ad populum. Inde narrat se vicisse, & senatum in suam traxisse sententiam. Prodit Cleon, agit cum Allantopola ferociter conuitijs, prouocat ad populum, itur. Vterq; suam causam agit commemorando beneficia: Cleon serio, alter risu, ac iocis. Obtinet palmam in hac contentione Allantopola, ac reiecto Cleone, populum sibi conciliat, accipitq; annulum Cleoni detractum ab eo, vnà cum imperio. Vterq; sub hæc populi iussu suum profert oraculum, & interpretatur. Abrogatur imperium Cleoni, detracta corona, ac committitur Allantopolæ. Recensetur

hoc drama inter ea, quæ elegantè, & artificiose scripta sunt.

(..)

B 2

Eiusdem

¶ Eiusdem Argumenti Perioche carmine
Iambico trimetro.

Demosthenes, & Nicias tyrannidem
Frangant uti Cleonis arte conferunt
Consilia. quendam Allantopolam huc concitant,
Ut suscipiat negotium istud fortiter.
Seq; ad futuros auxilio, & Equites simul
Spondent. minatur exitium his dirum Cleon.
Allantopola narrat ut superauerit
Tyrannum, ob id magno impetu statim Cleon
Spoliatur annulo, alteri qui traditur.
Sub hac, uterq; exponit hic oraculum
Suum: hinc utring; delicatis ferculis
Certatur: unde Cleone redacto in ordinem,
Allantopole publicares committitur.
Cum insignibus gerenda prorsus omnibus.

SCOPVS POETAE.

SCopus poëtae hic est, vt Cleonem in ordinem redigat,
qui Athenis summam dignitatem obtinuerat, & qui-
dem hac arte. Athenienses Pylum auspicijs Nicig. & De-
mostrenis Imperatoris arcta obsidione cinxerant. Cum
hi diutius ad urbem in castris bellum traherent, quam populo
Atheniensi gratum esset, aut loci natura postularer, populus
egre eam rem ferre coepit. Postquam autem de ea ad populum
relatum fuit, Cleon quidam corarius exortus est, qui multitu-
dinem per se satis ringentem suis dictis asperauit magis, iacti-
tans se intra viginti dies hostes omnes Athenas captiuos ab-
ducturum, si belli negotium, abrogato Demostheni, & Niciae
imperio, sibi decerneretur. Traditur ei summum imperium,
promissum praestitit, miscens Rempub. impotenti dominatio-
ne. Hanc insolentiam poëta non ferens, Equites emisit. Sed cum
Cleonis personam nemo sustinere per metum auderet, pri-
mum formidine suppressit, postea ipse aperte eam docuit.

Demosthe

Demosthenes præfatur.

Tat calamitates, at at, ut dii pessimum hunc

A

^a Paphlagonem, ^b emptum mancipium nu-

perrime

Cum consilijs ipsis perimant radicibus.

Ex quo nam in ades hæc ^c perrupit, serox

Diris famulos non desijt domesticos

Vexare plagis. Ni. Pessimè sanè, unus hic

Et primus omnium Paphlagonum ipsis suis

^a Calumnijs. De. Miser, ut uales? & qui se habent

Se res tuæ. Ni. Infœliciter, quemadmodum

Et tu, tu, eq; res. De. Proinde huc huc ades,

Quò ad legem Olympi lugubrem ^e synauliam

Mœstis fleamus uocibus.

^f My my my my my my my my my my my my.

Et quidnam aliter lugebimus? nam cum minus

Nobis salutem querere detur ullam, at haud

Lacrymarier etiam licebit amplius?

Ni, Dic ergo, quæ tandem fuerit, tu dicito.

De. Imò mihi tu dic, ut nihil tecum quidem

Pugnem Ni. Per Apolliuem minime ego equidem tibi.

Quin dic tu animo bono, atq; libero: dein?

Dicam tibi ego. De. Ecquanam ratione tu mihi

Dicas, ea, quæ meum est loquiers Ni. Sed non mihi

Donatur ista, audentia.

Qui dixero ipsum ^g Euripidice potissimum

Tandem obsecro, & grauiter: De. Minime mihi, mihi

B 3

Verò

^a Paphlag. Cleonè vt populare seruum perstringit. Non quod Paphlagò genere quidem fuisse, sed quod peregrinus populari aura ad Rempub. euectus impotenter gubernaret. Hinc vt hospitem barbarum, ^a balbutie Paphlagonè uocat. $\pi\alpha\phi\lambda\acute{\alpha}\gamma\gamma\eta$ enim est balbutire, turbare, astuare.

^b Emptum. non enim Atheniensis patria erat, sed re: unus ad Rempub. venerat. Notat Atheniensem leuitatè, quos conuenerat magis credere sinceris ciuibus, & de Repub. optime meritis. Natura dicitur, familiaribus prius habendam fidem, domi natis, & educatis, quam mancipijs, ære paratis.

^c Perrupit ostendit eò vi impudenter Remp. arripuisse, ac tantum non inuasisse.

^d Calu, sed apud Græcos pulchra collisio uocum est, in $\beta\epsilon\lambda\lambda\acute{\alpha}\iota\varsigma$, consilijs, & $\delta\iota\alpha\beta\epsilon\lambda\lambda\acute{\alpha}\iota\varsigma$

$\lambda\acute{\alpha}\iota\varsigma$, calumnijs, & sycophantijs. Etenim Cleon aliorum ducum operas bellicas sycophãtando apud populũ, in se Atheniens. animos conuertebat.

^e Synauliam. quoties bini tibicines idem canunt. Olympus Musicus erat Marsyi discipulus, qui lugubrem Tibicini legem scripsit. Hic eam circa artem Musicam insecutus fuisse, repperit condolendi formam. Itaq; vt Olympus inuenit lugubrem harmoniam, ita nos casum Reipub. lugeamus. ^f My. formidantium uox esse apparet, a uerbo $\mu\acute{\upsilon}\sigma\omega$, quod sugere signat, & in naribus uocem reddere. Interpres dicit, lamentantis esse my. ^g Euripidi, vt ueritate, & calide.

ARISTOPHANIS

Verò minime, ne^a scandices mihi uendites

Ignauior, quin inueni potius fugam

Ab hero imperioso quam piam.

Ni.^b Dic, quin fugiamus continuo ad hostes, ita

Complexus hæc. De. At qui redeamus, inquam ego.

Ni. Simulac redierimus, addito nunc hic postea

^c Au^d. De. & d. Ni. Pulchrè hercule nimis.

Pudenda perinde ac si excories, edicto

Nunc otiose primum, age redeamus, id

Au^d, assuens plenum sub hæc succi. De. Proin

Redeamus hoc, redeamus, & ad hostes item

Iam transfugiamus. Ni. Non suauis, & bellum erat

De. Id per souem, interim male pelli huic auguror.

Mi Quidum: De. Quia^d pellis excoriorum fugis

Ceditq; pudendorum. Ni. Proinde se optimè

Nobis habent principia nunc presentia

Euntibus, aliquo ut ad simulacra deum alacres

Hinc confugiamus, & accidamus supplices.

De. Ecquale? simulacra: an deos existimas

Re uera? Ni. Ego equidem De. Quo rei signo, & nota

Vteris, & argumento item certo, quod sint dij?

Ni. Quia immeritò sum inimicus ipsemet dijs.

De Pulchrè quidem me^e promoues. Ni. Sed te deceb

Ratione alia perpendere id. proinde iam.

Placètne, spectatoribus me proloqui

Rem ipsam? Ni. Haud quidè petus, sed unū quidpiā hos

Oremus, uti significant dilucidè

Actoribus^f uultu ipso, & histrionibus,

& Metris^gne gaudent, atq; rebus interim.

De. Possẽ iam equidè dicere.^h herū habemus moribus

Agrestem, & iracundum, & baud morosum item

Minus,

^a Scandices. scandix, herba scanaria, inter olea, vilissima. Eutipidi obiectum fuit, quod herbam scanariam uendiderit, hoc est, scadicem, locatur in Euripidè, ut Iachanopolidis filium.

^b Dic, fingit se uelle illi persuadere, ut Athenis fugiant, & ad Lacedæmonios hostes transfugiant.

^c Au^d. Facetus iocus dum persuadet eõs positionē uerbi. $\mu\omicron\lambda\epsilon\omega$ enim seu $\mu\omicron\lambda\epsilon\omega$ significat ire, redire, curtere, & similia. Per compositionē uerò $\alpha\upsilon\tau\omicron$, ut $\alpha\upsilon\tau\omicron\mu\omicron\lambda\epsilon\omega$, trans fugere.

^d Pellis. ut cedit ea retro, ira trāsfugæ ad hostes deficiunt, abeuntq; retro.

^e Promoues. hoc est, persuades & coniectas,

^f Vultu. uultus enim est animi index.

^g Metris. poematibus, siue his, quæ a nobis dicuntur. Rebus poematibus nostris.

^h Herum habe. urbi nunc domum facit, cuius herum populum fingit, famulos uero, eos, qui a multitudi-
ne delinuntur ad inferendum communi Reipu.

Principes uero uidentur esse ministri, exactores, & quodammodo carnifices, ad exequendam populi tanquam iudicis sententiam,

E QVITES.

Minus, a fabarumq; belluonem maximum.
 qui leui de causa ad iram impellitur,
 nere, b Pycniten populum adeo, atq; seniculum
 Di. icilem, & eum c surdastrum etiam quam maxime.
 Hic cre coemit mancipium neomonia
 Sibi d superiore e Paphlagonem coriarium,
 Eumq; uersutissimum ipsum, nescio
 Quem sicophantem perditum.
 Qui cognitis, de quo loquor, huius moribus
 i Byriopaphlagon senis, domino occipit suo
 Subiectus s adularier, & assentariet,
 Palpariet, dare uerba callidissime
 Presegminibus mutilibus coriaceis
 Sunuatis, in hanc sententiamq; fatus est.
 h Simul diem unum iudicaueris, laua
 Primum popule, i sorbe, uora, suffarcina,
 Ientare, & haurito merum.
 Habe i triobolum. tibi cenam apponere
 Men' uis sub hac rapto potitus Paphlagon,
 Nostrum parauit quilibet hero quantulum,
 Id omne ei uelut suum largitus est
 Beneficium. modo cum subegissem, ut pinserem
 m placentulam, offamq; in n Pylo Laconicam.
 Hanc ipse surripuit mihi uersutissime,
 Sursum deorsum cursitans: & quam ipse ego
 Subegeram, atq; pinseram, pro ferculis
 Sibi apposuit structor, simul nos reppulit.

personae priuatae, atq; huiusmodi superbiam. i Sorbe huiusmodi stimulos, & faces
 solent assentatores uoluptati addictis Sardanapalis addere. l Triobol. iudicalem
 mercedem, nan iudicibus ea donabatur. m Placentu. parcentia, de his, qui sibi alie
 nae industriae laudem vindicant. Effertur ad huc modum moxam pinserit a me pistam.
 n Pylo. Allegoricis hystoriam obiter refert. Cum Demosthenes lentius bellum tra
 heret, & ad Pylum Laconicam urbem Sphacteriam occupasset, 30. captiuis miosis, iussit
 Atheniensibus proponi, quid fieri uellet, ibi Cleon promisit se intra viginti dies totum
 id bellum confectum datarum, si sibi decerneretur. Atq; ita omne ante nauata opera
 Demosthenis gloriam in se transfudit.

a Fabarum. iuridiciali, fabis enim uebantur in dices calculorum vice.
 b Pycniten. Pycnites iscus Athenis erat, quo populus in concionem conuocabatur, ut & Phyx.
 c Surdast. uocat populum quod cuius non crederent, sed se audire dissimularent.
 d Super hoc est, nuper admodum, ut ostendat Cleonem no iam olim ad Repub. uenisse. neomenns serui uendebantur, & exercituum duces suffragis creabantur.
 e Paphlag. coria. Cleonimus enim pater Cleonis officinam seruorum, qui corium coquerent, habuerat. Tenuitatem Cleonis notat, qui in fino loco ad fastigium Reipub. euectus fuerat.
 f Byriopaphla. Composita uoce comisuit genus cum arte, ut uirulentis infectetur.
 g Adularier. Summa omnium uerborum huc redit, quod multa blandimenta in specie decora dando populum deciperit, & suum totum fecerit.

h Simul. perpetue sunt allegorie, a publica Cleonis infuria, ad fictam

Nunc

Clonimus

ARISTOPHANIS

* **Flagel.** *Supo h'lw*

alluse per iocum, ad
Supo d' h'lw cori-
arium, enallage literæ,
dixisset, *μυρρινόν,*
myrtum, hac coronabās
tur duces exercitus: vt
sententia fuisset, nunc
myrtum gestans, arceat,
ac repellit muscas.

b *Cœnantis,* populi A-
theniensis, tanquā myr-
team coronam victoris
populi.

c *Sibyllif.* oracula de-
siderat, imaginatur ora-
cula, vel magnum quid-
dam sapit, vel etiam in-
sanit a natura *sibyllæ e-*
rythræ.

d *Manifesto,* arguit im-
pudentiam hominis,
quod ausit aperte men-
tiri.

e *Fecetitis mihi,* hoc est
ni mihi mercedem per-
solueritis: criminatur
hominis *avaritiam in-*
explebilem largitioni-
bus, tum autem & ty-
rannidem.

f *Excernimus,* excaca-
mus, egerimus, pro red-
dimus, comice.

g *Qualem,* viam ibi-
mus, vertemus, vt hanc
tyrannidem fugiamus.

h *Illam,* de qua fuerūt
initio colloquuti.

i *Quandoq.* Allusum
est ad paratiam. Longe regum manus, & aures. Perstringit Cleonis tyrannidem, &
immoderatam potentiam domi, forisq. Nam Pylum diximus a Demolihene impera-
tore, & Nicia collega, diutina obsidione in rerum de perationem adduxerat, Quibus
Cleon persuaso populo, successerat, Imperator e coriario, ac Pylo vrbe capta, alieno la-
bore partam gloriam in se transfudit. Multum valebat domi Cleon, multum, Pyli.

j *Chao.* Chaones Epiri populi sunt, in Thesprotis gens Barbara. Accommodauit eam
uocem Cleoni, quod hiaret, *χαίω,* hio. profcindit eum, quod cum sedeat po-
dicem habeat hiantem.

Nunc non finit ullum alium obsequi, & inferuire hero.

Verum ^a flagellum continet ^b cœnantis, &
Astans repellit rhetores.

Oracula canit: inde ^c sibylliffat senex.

Et cum hic uidet ipsum desipientem turpiter,

Excogitauit teehnam. etenim domesticos

Mendacio ^d manifesto agit impudens reos.

Deinde nos miserè flagellis cœdimur.

At Paphlagon serox famulos domesticos

Obambulando postulat, turbat, trahit,

Et muneribus corrumpit, isth.ec inquiring.

Hylam uidetis uerberibus uexarier

Per me: & nisi rei ^e feceritis mihi fidem,

Hodie mortemini. mi'eri autem nos damus.

Quod si minus, pedibus senis succumbimus,

^f Excernimusq; hic octuplum.

Nunc ergo amice sollicitè perpendere

Tempus monet nos, & meditarier, uiam

Quannam fiet nobis eundum, ad quemue? die.

& *Qualemue? Ni.* Nempe id optimum est, ^h illam o' bono

Vti redeamus. De. At nihil plane potest

Hoc Paphlagonone esse clam: ipse enim nil non uidet.

ⁱ *Quandoquidem* habet pedem alterum in Pylo, alterum

In concione simul tribunal tibijs

Diuaricatis occuparit tantum, ubi

In ^l Chaonibus extemplo podex est? ^m manus

Pariter in Aetolis, sed ipsa in Clopidis

Mens in ⁿsto

sa Manus, conuatur hominem extra ue fornicum, qui

EQUITES.

Mens infidet. Ni. Proin optimum est nos emori.
 Quin cogita ergo etiam atq; etiam, ut fortissimè,
 Velut uiros decet, & ratione qua, simul
 Moriamur. De. At quis quo modo fortissimè id
 Fieri potest? Ni. Haurire sanguinem, optimum
 Taurinum erit nobis: magis expetenda enim
 Themistoclis mors est. De. Minimè isthuc per Iouem.
 Verum^b boni genij merum. tunc forsitan
 Aliquid boni enim ac recti consuluerimus.
 Ni. Hem autem merum. de potu igitur cura est tibi?
 Quinam potes quid consulere rectè ebrius?
 De. Verè ò bone tu, nugaris, ut quàm maximè.
 Tun' ausus es meracum etiam conuitijs
 Ad recta mentis consilia proscindere?
 An inuenias usquam quid efficacius,
 Violentius, potentius,
 Quàm uinum? an haud uides, homines ubi largius
 Biberint, opulentos esse tum?
 Tunc exequuntur conficiuntq; negotia:
 Lites graues uincunt, agunt faeliciter,
 Iuuant amicos. quin foras ocysimè
 Vini^c choam effert huc mihi, ut mentem irrigem
 Et commodi quid proloquar.
 Ni. O me miserum, nobis tuo potu, obsecro,
 Tandem ecquid accerses? De. Bona, quin effert. ego
 Accumbam, adeò si me brier enim, tum omnia
 Hec consilijs minutulis, sententijs
 Breuibus, modicisq; implebo dictumculis.
 Ni. Faeliciter ego, quod furor hocce dum merum,
 Minus siem corruptus intus interin.
 De. Dic mihi Paphlagò quid agit? Ni. Vbi abliguriuerit
^d Lautas popelli uenditis res publicè,
 Easq; conditas, ebrius resupinus in
 Corio inuidus fertit. De. Meracum agetum mihi

semper totus cum sit in
 petendo, nihil prater
 rapinas meditetur. Iocè
 saltitudo est in voce
 Actolis, ab αἰτῆν, id
 est, petendo: tum autem
 & in Clopidis, urbanus
 risus, à κλόπη, furto
 quod arari fuerit depe-
 culator. Alioqui Clopi-
 da gens fuit tribus Le-
 ontidis. Allusit per ri-
 sum ad uerbū κλέπας
τῶ furor.

a Themistoclis. Cū spe-
 cie sacrificij, Leucophryi
 Artemidi taurū immo-
 laret, subiecta phiala
 cruorè excepit, quo hau-
 sto subito expirabat. In-
 terpres Græcus histo-
 riam explicat.

b Boni genij, vel bonæ
 fortunæ poculum erat,
 quod antiquitus sublata
 mensa, meracū in con-
 uuiū inferebatur: siue
 quod primū poculum
ἀγαθὸς δαίμων,
 hoc est, boni genij dice-
 retur.

c Choa, mensura conti-
 nebat octo cotylas, una-
 quæq; cotyla senis cya-
 this constat, qui uncia
 sextarij possunt dici, sex
 uncia sextariū efficiūt.
 Duodecim choæ conti-
 nent 36. pintas, ut nos
 dicimus, quæ ampho-
 ram faciebant.

d Lautas, quippe per
 furtū & malas artes ad
 Rempub. peruenerat,

Clopidi-
 gend

Choa
 Cotyla

Amphora

ARISTOPHANIS

a Infunde hoc est, cum sonitu funde, ut in poculo tinniat.

b Pramni, id est, mansueti, & lenis, vel a vite terra: Prānia, siue quod cor humanum mansuefaciat: siue quod diu perseueret, siue quod in Pramnio saxo nascatur, aut certe circa Thraciā. Pro boni genij nomine, dixit Prāniū genij, Pramniū vinā magni pretij fuit apud priuos. Ad dicit interpretēs Græcus, etiam dici posse, ab eo, quod qui biberit, stare loco neciat.

c O genie. probe potus interspirans ista loquitur.

d Age. Solus hic, cum a nemine prohibetur, immoderatus haurit, donec alter oracula effert.

e Hoc ora. E duobus alterum, quod famam non præuoceret.

f O oracul. miratur inter legendum oracula.

g Ecce au. accipe, tene.

h O Baci. Tres Bacides fuisse produuntur, vnus Atticus & vates, alter Locrēnsis, tertius Bæotus.

i Vius po. hoc multum bibit.

J Cannab. Eucrati indicat, & eam Reipub. administrationem quæ sub illo fuerat. Hic Stypax fuit dictus, quod canabeas vestes, ac styppeas venderet.

m Quiū. Calliam dicit eius phitriam, aut Lyciē, qui vulgo probare poles dicitur fuit.

Quam plurimū ^a infunde. Ni. Accipe quā libamina, & Boni genij libato scelix nomine.

Trabe, trabe, ^b Pramni genij istud nomine.

De. ^c O genie bone, non consilium hoc meum, at tuū est.

Ni. Dic, obsecrō, quid est: De. Faceffe hinc ocyus

Et Paphlagonis oracula ex penetralibus

Furtim huc foras, dum dormit effer interim.

Ni. Atq; hæc quidem sine genio bono: malē

Metuo, mihi ne genium malum accersam miser.

De. ^d Agē agē, meo ori iam admouebo nunc choam,

Pectusculum ut meum irrigem, simul boni

Quid eloquar. Ni. Ut pedit grauitate hic Paphlagon,

Stertitq; profundum, ut inscio eo ^e hoc oraculum

Sacrum abtulerim furtim, quod unum maxime, &

Custodiebat sedulo.

De. Pulchrē, o sapientissime. iam id huc profer, utē

Legam interim tu infundito, ut bibam, ocyus

Quid expedi. age inspiciam, quid in hoc tandem fiet.

^f O oracula. cedo huc ocyus mihi poculum.

Ni. ^g Ecce autem. at hoc quidnam loquitur oraculum?

De. Infunde aliam. Ni. In oraculis hoc queso inest,

Infunde aliā: De. ^h O Baci. Ni. Quid est: De. Da poculum

Huc ocyus. Ni. Na Bacis ⁱ usus poculis

Multis fuit. De. Scelestē Paphlagon, & hæc

Custodiebas iam olim adeo ista sedulo,

De te metuens ipso loquens oraculum.

Ni. Quid est: De. In hoc inest id unum maxime,

Quod infeliciter interit ipse. Ni. Quo modo?

De. Quicquid oraculum loquitur enim dilucide:

Qui publice primus rei occupauerit

Negotia, fore ut ^l cannabis sit uenditor.

Ni. Vnum mihi diuenditorem predicat

Quid inde, loquere. De. ^m Quiū secundus uenditor

Post hunc iterum. Ni. Diuenditores audio

Duos,

Stypax

phitriam

EQUITES.

Duos. & hunc quo est par modo afficiet? De. Nisi

Vt imperet, donec uir execrabilis

Alius magis, eo itemq; pestilentior

Succedat, & sub hac perit.

Nam sufficitur diuenditor corij in locum,

Nempe iste Paphlagon trifur,

Homo rapax, clamorosus, & uox cui fiet

^a Cyclobori. Ni. Onium diuenditorem, ut audio.

Proinde oportuit à corij isto confici

Diuenditore. De. Per Iouem.

Ni. Me miserum. igitur unde amplius diuenditor

^b Vnus fuerit solus. De. Superest etiamnum adhuc

Vnus celeberrimus artifex. Ni. Dic obsecro

Quis is est? De. Loquar? Ni. Næ per Iouem.

De. Allantopoles est. is isthunc proteret.

Ni. Allantopoles? ò pater Neptune, tam

Insigni opificij. age ubinam istum uirum

Potissimum inueniemus? De. Eum queramus hic.

De. Eccum ohuium ipsum. accedit hic, uelut ^c ad sacrum,

Spem præter oportune, in forum.

De. O ^d Allantopola beate ter quater, ades

Huc huc amicorum omnium, conscendito,

Et publicæ rei uisus, & nobis salus.

All. Quid est, quod aduocatis huc me? De. Huc huc ades,

Vt audias, quam sis beatus, quamq; tu

Supra modum agas feliciter. Ni. Age detrahe

^e Mensam ipsius hanc, atq; edoce eum simul deò

Oraculum, quo pacto habet se. ego interim

Ibo, atq; sciscitabor, ecquidnam rei

Paphlagon gerat male perditus.

De. Agedum prius tu onera ista humi deponito,

Et uascula, deinde bastare humum, & deos.

All. ^f En. nunc quid est rei? De. O beate, ò opulente uir.

O qui hodie cum sies nihil, cras maximus

^a Cycloborus. fluuius est prope Athenas, non semper fluens, sed hyeme tantum auctus imbribus. Asperam uocem habet duramq; ut amnis ille.

^b Vnus. Alludit facete ad posteriorem partem compositionis Græcæ.

^c *ἠὲ λῆς*, uēditor. Taxat Athenienses, qui circulatores, circumforaneos, homines illiteratos, & opifices manuariorum administrationi Reipub. præficerent.

^d Ad sacrum. Ad rem diuinam inquit interpretes dicebant, de his, quæ ex improviso fieret. Quoniam Allantopoles ex improviso consulentibus superuenit inexpectatus, tanquam ad sacrum, cum adesse dicit.

^e Allantopola. Lucanitarum farciminum, & intestinorum venditor. Idem Agoracritus hic appellatur.

^f Mensam. venit in forum gestans scamnum, aut mensam coquinaria humeris, in qua reponit exponet farcimina sua agoracritus.

En. deponit mensam & lucanitas.

Allantopola
Agoracritus

ARISTOPHANIS

Faturus. *o* rebus manifeste in cæteris
 Atheniensem ducum foelicium
 Vnus. All. Quid *o* bone haud finis ablueri ista me
 Odiosus intestinatum autem, & uendere
 Farcimina, ac tomacula hæc ut rideas
 Etiam insuper? De. Ah fatue, que ais intestinat? quos
 Ventres? age huc huc respice, ordines uides,
 Coetum & populi frequentem? All. Etiam, uideo. De.

^a Archelas

Horum omnium ipse eris, foriq; & portuum,
 Et concionis, pro nihilo ipse curiam
 Pendes, duces exercitusq; proteres,
 Custodies, ac uincies, scortaberis
 Laute in Prytaneo. All. Quid, ego? De. Tu, at omnia
 Nondum uides exacte ea, quæ conscendito
 Mensam hanc, & insulas in orbem disitas,
 Sparsasq; contemplare oculis latissimè.

All. Video. De. Quid? tempora, ratesq; onerarias,
 Et mercibus graues? All. Equidem ego. De. Qui minus
 Supra modum ergo beatus es, foelixq; agis?
 Nunc præterea intorqueto dextrum in ^d Cariam
 Oculum, alterum uero dein Carthaginem.

All. Nimirum ero beatus, & foelix nimis
 Si obliquus ita ^e distorquer. De. Non, uerum ea
^f Venduntur abs te hæc omnia, nam ut oraculum
 Hoc prædicat, uir es quidem ter maximus.

All. Quæ dic mihi, quo pacto ego, qui farcimina
 Diuendo, uir fiam is. De. Vel ob hoc ipsum, uelut
 Dixi, fueris magnus, quia malus, & *o* foro es,
 Feroxq; animosusq;. All. Haud me ipsum iudico
 Equidem ualere magni aliquid posse. De. Miserum
 Me, dic quid est tandem, cui te pernegas
 Sufficere: uidere enim mihi, honesti conscius
 Alicuius esse ipsi tibi.

Númmam.

a Archelas, populi prin
 ceps, iustè sic uocabu
 lo, monstrat theatrum,
 & concionem eunum.

b Prytaneo. locus erat
 Athenis, ubi magistra
 tus cõsultabãt de Repu.
 Hic alebantur, qui publi
 cè bene meriti fuerant

de Repub. id quod sum
 mo honori erat, Teste
 Cicerone Oratore. Dixit
 set comi. us, quodidia
 nus victus in Prytaneo
 tibi prebebitur, idq; pro
 pter merita in Reipub
 licam. Nunc dixit

ἀνάγεις, hoc est,
